



Disputatio VI.

Ex lib. 3. Institut.

Respondente

PHILIPPO CHRISTOPHORO Sepblen/
SPIRENSI NEMETANO.

THESIS I.



Illustris, magna & jucunda est quaestio in materia successionis: Utrum patrum defuncti haereditas in stirpes, an verò in capita inter duorum fratrum liberos dividenda sit? vid. Hottom. illust. quest. 14.

Hodie hac quaestio nihil habet dubii, quia successio illa in stirpes à Carolo V. in Comit. Spirensibus approbante universo senatu Imperii confirmata est. De eo ergo quaeritur, An de jure civili scripto Justiniano successio illa in capita defendi possit?

Affirm. Zas. de Feud. p. 8. n. 18. Borch. s. 7. p. 2. n. 30. Don. 9. comm. 4. Vaud. 1. quest. 24. & multi alii.

Neg. Somb. de feud. p. 9. n. 110. & seqq.

I. Obst. Nov. 118. c. 3. vers. unde conseq. Hinc ita argumentantur. Qui succedunt jure representationis, non in capita, sed in stirpes succedunt. Sed verum prius. E. R. Neg. fratrum filios omnino representare patrem in successione, succedunt enim jure proprio tanquam agnati. Et hinc in capita succedunt, non in stirpes.

II. Obst. vers. hujusm. ubi Justinianus generaliter concedit

M

cedit